



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 129. Borbonii Dux in Italiam profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

in secretiori tamen Senatu decerni præ- Sæcul. XVI.
A.C. 1525.
cepit, ut quamprimum adversus Sfor-
tiam judicij acta plene essent instructa,
simul beneficiario nomine Mediolani
Ducatum consequeretur, quamvis Cat-
tinara Cancellarius æque ac Prorex
nullatenus eidem assensu suo suffraga-
rentur.

§. CXXIX.

*Borbonii Dux in Italianam pro-
fectus.*

Accepto Cæsaris mandato Borbonius *Guicciardini l. 16.*
rupta omni mora Barcinonem con-
tendit, ut eo expeditius triremes, qui-
bus in Italianam veheretur, instruerentur;
decernebantur eodem tempore Franciæ
Deputati, qui pactis de Francisci Gal-
liarum Regis liberatione ultimam ma-
num admoverent. Hæc cum interea
agerentur, Galli cum Angliæ Rege fœ-
dus pepigere. Committebatur grave
hoc negotium sollicitudini Joannis de
Brinon, Vilanæ, & Autelli Toparchæ
supremi Rothomagensis Parlamenti
Præsidis, necnon Joachimi Passani,
quem Regina Regni Procuratrix plena
agendi facultate muniebat; cum vero
hæc nonnisi generalis esset, ipse autem
speciali potestate indigeret pro decer-
nenda solutione pecuniarum, quas Gal-
liarum Rex Anglo debebat, idcirco ad
ean-

Auteüil

Sæcul. XVI eandem die decima sexta Augusti nova
A.C. 1525. mandata mittebantur. Tractabatur
 hoc negotium unacum Volsejo Cardinale, cuius opera Mooreæ, quæ est Re-
 gis Angliæ villa, die trigesima Mensis
 Augusti hoc anno quinque pæcta fuere
 conclusa.

§. CXXX.

*Pacta inter Angliæ Regem, & Fran-
 cici Regni Administratricem
 firmata.*

*Daniel hist.
 de France
 to. 5. p. 549
 Du Rapin.
 Thoiras hist.
 d'Angl. hom.
 5. p. 207.*

Primo pacto sanciebatur armorum so-
 cietas Angliam inter & Franciam
 adversus omnes, qui alterutram inva-
 derent, comprehensis etiam utriusque
 Fœderatis, dummodo nullam quam al-
 terutri horum Regum eripuissent, di-
 tationem possiderent a tempore, quo Lon-
 dinense fœdus die secunda Octobris An-
 no millesimo quingentesimo decimo o-
 ctavo firmatum suit. Hac conditione
 excludebatur Imperator, qui nuper Me-
 diolani Ducatum armis suis subegerat.
 Præterea Henricus spopondit, se capti-
 vi Galliarum Regis liberationem opera
 sua apud Cæsarem effecturum, pæctis
 quibusdam, iisque honestis conditio-
 nibus.

Alterum fœdus illam, quam Galliarum
 Rex Henrico debebat pecuniarum